

copula, & inter diversa ponitur. Nec obstat ea verba l. 52. *Tauri*: no puda dar a su mujer arrendidos, ius, iura cosa alguna. Quia dictio, alius, similia reperit, & cum mentio facta sit vestitus & pccablis, de his debet intelligi. Sic *Villalobos in commun. opin. tit. 4. vrb. Arda 251. Ant. Gabr. in mea edit. l. 1. commun. l. 1. vrb. Arda. f. 57. col. 2. Azobedo lib. 5. recop. tit. 2. l. 1. n. 26. Gutierrez de iur. l. p. cap. 13. num. 13.*

3. Dico requiritur autem infamatum ad sui valorem indigentem, licet sumam infamationem ad sui valorem indigentem, excedat, dummodo non excedat decimam bonorum, que vi tunc possidet. Quia l. 50. *Tauri*, omnino permittit arras, dummodo eam decimam non excedant. Sic *Molina l. 2. de iur. tr. 2. disp. 292. §. Quoniam est.*

4. II. Conclusio. Non tantum vir potest arras uxori constituere, sed etiam uxor viro, in nobilitatis, vel divitiarum promittit: nec possunt excedere decimam bonorum uxoris partem: iuxta d. l. 50. *Tauri*, que indistincte de arbis loquitur. Tractata, quia cum vir, & uxor sint correlativi, & militet eadem ratio, nemata amore se ipsolent, dispositum in arbis datus per virum, censetur dispositum in donatis per uxorem. Sic *Azobedo lib. 5. recop. tit. 2. l. 3. num. 1.*

5. III. Concl. Arras possunt promitti de bonis presentibus, & futuris, usqueque eligere poterit tempus, quo bonorum viri valore computandus sit: tunc decimam illarum non debent excedere. Sic dispositum l. 2. *De las arras, l. 3. fori*, ibi *si promittit n. su mater que si las arras, de aquello que despues ganare, mandamos que quando quis que dondare a su mujer que de entrego las arras, que se las da, de qual que vale de mas de el dengo de quanto oviera al tiempo que se las demandare.* Etia adferunt hanc legem tanquam usi receptam. *Jo. Lup. rubr. de don. §. 24. n. 1. vrb. Si nupti vir, C. 11. l. 50. Tauri, n. 5. ubi Ant. Gom. n. 13. Suarez l. 1. n. 10. vrb. Nota ulterius, l. 3. fori.* Et ibi *Baldusius eius adductor: Gutierrez 3. pract. q. 42. n. 2. Matuzo lib. 5. recop. t. 2. l. 2. gl. 2. n. 5. Azobedo ea l. 2. n. 24. Ajora de part. l. 2. n. 18.*

6. IV. Concl. Promissio arrharum de solis bonis presentibus intelligitur, nisi futura exprimitur: unde sola bona que tempore promissio maritus possidet, ad taxandam arrharum quantitatem, inspicienda sunt, si ve postea bona acciderint, si ve diminuantur. Prob. ex l. *Quid quid d. n. i. ff. de verb. oblig. ibi, qui quid alienandi obligacione causa dicitur, id nisi palam verbis exprimat, omnino esse intelligendum est.* Ergo cum promittens arras non explicaverit etiam de bonis futuris promittere, id non intelligitur. 2. Quia nomen bonorum intelligitur sola presentia, ubi aliter non explicatur, l. 3. *in l. 2. §. ff. de aur. & arg. leg. ibi, quia presentis tempus semper intelligitur si aliud comprehensum non sit: nos enim dicunt, vestem meam, argentum meum, &c. demonstrare, meum, presentis, non futurum tempus ostendit. Et l. §. si stipulatus, §. 3. ff. de verb. oblig. ibi, cum stipulatus, quis quid se facere oportet, id quod in presentis die debetur, dicitur in stipulationem deductum. Quibus addunt verbum, oportet. Et l. §. si mandata, 22. §. In casibus ff. mandati, ibi, publicus bonis quecumque postea acquirunt, non sequitur ff. item. 3. Quia qualitas adjuncta verbo, debet regulari secundum tempus verbi, l. 1. *in d. dicitur, 4. §. si dominum extraneus, seu, §. ff. de extraneis (ut alii legant) ff. de nexal. Quod axonia opinio explicat Baldus. l. 2. §. si de vulgaribus: quibus illa, de bonis suis, admissa, verbo, Promitto, vel Dono, que sunt presentis temporis debet intelligi de bonis in presentis possitis. Sic docent *Padilla, auct. Res que, n. 26. C. commun. de legat. Barza de non maior. ff. c. 31. n. 14. ff. Gutierrez 3. pract. q. 42. n. 2. & sic se explicat 3. pract. q. 17. n. 4. ubi oppositum videtur sentire: Azobedo l. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 22. Molina l. 2. de iur. tr. 2. disp. 431. §. Circa hoc queritur l. 3. vrb. Ajora de part. l. 2. p. n. 7. n. 18.***

Sed obicitur ff. *de quib. res pignori, §. l. 5. l. 13. p. ubi dicitur sub hypotheca bonum comprehendit etiam bona futura: ergo similiter dum vir dicitur se promittit arras, nomine bonorum presentia, & futura eliduntur. Resp. cum gl. d. l. ff. vrb. Peritiamus ibi *Salerno*, 22. aliud esse in obligatione aliis quali dandi de bonis: quia si nomen bonorum comprehendere videtur futura, agitur de magno promittentis damno, cum obligatio extenderetur, & ad plus teneretur promittens: aliud vero in bonorum hypotheca, nam licet extenderetur, ut bona futura sub illa comprehendatur, agitur de modico preiudicio, cum ex hoc non in plus teneretur obligatus, sed tantum ad principalem debiti securitatem constituitur hypotheca.*

Hanc conclusionem temperant *Barza, §. Azobedo relati, n. 6. ff. ut intelligatur, quando maritus tempore promissionis arrharum bona aliquot habebat, si enim eis careret, tempus presentationis, & non promissionis dicitur esse inspiciendum. Dicuntur per l. 2. l. 2. *De las arras, l. 3. fori* relicturque in suam favorem, *Jo. Lup. rubr. de don. §. 24. n. 1. vrb. Si autem vir, Suarez l. 1. n. 10. vrb. Nota ulterius t. 2. De las arras, l. 3. fori.* Et fortius potest probari, quia non valet actus ut agitur, valet eo modo quo valere potest, v. *un. §. Item quoque, de despo. impub. in 6. nemo enim videtur eligere vitium per quam via dispositio subvertatur, l. 3. *de milt. vrb.* Cum ergo talis promissio possit valere, & esse dum fortis, si fiat de bonis presentibus, & futuris, tacite videtur maritus arras spondens, id velle. Sed adnotanda non est hec limitatio: nullo enim iure probatur, *et hoc fori, Jo. Lup. §. vrb. Azobedo* expresse loquuntur, quando vir**

pauper promittit arras de bonis futuris: ergo non est idem dicendum, quando absolute de bonis suis promittit: cum bonorum nomine sola presentia clauduntur in promissione: ut probavi n. 6. Nec obstat ratio in idipsum favorem a me adducta. Quia illud axioma intelligitur, quando utroque modo actus valere potest: ad constitutum arrharum non valet, nisi quoad decimam partem bonorum tempore promissionis possessorum, nisi expresse fiat de bonis etiam futuris: alias promissio arrharum ultra decimam bonorum tunc possessorum, valetet si postea creverent bona: cum eo modo, quo facta est non valetur quoad excessum, & poterit valere, si de bonis etiam futuris fuerit.

Imo licet vir obliget bona presentia, & futura pro arrharum securitate, nisi in promissione arrharum explicet se promittere de bonis futuris, promissio intelligitur facta de solis presentibus. Primo, quia accedendum statim sequi congruit uti principalis *reg. Accessorium, n. 4. de reg. iur. in 6. & proinde non trahit ad se principale: cum ergo hypotheca illa de bonis presentibus & futuris, sit accessoria obligationi principalis arrharum, ex natura sua comprehendente sola bona presentia, non trahet illam ut extendatur futura. Secundo, quia clausula ad executionem contractum apposita non immutat, nec augere eorum naturam: *Clm. l. de prob. & docet multis relatis Cov. rubr. de test. 2. p. n. 13. vrb. Tertia conclusio Mol. l. 4. de primog. c. 2. n. 42.* Cum ergo clausula hypothecam continens adjectur tantum ad executionem, & securitatem promissionis arrharum, non debet ipsam alterare, aut augere, ut prater naturam suam extendatur ad bona futura. Tandem, quia tacite & expresse idem est iudicium *l. Cum quid, ff. de pign. p. sed hypotheca tacita que ex natura sua inest tacite contracti arrharum, extenditur ad bona presentia & futura. Ut docent gl. l. *in vrb. ad futurum, C. que res pignori, ubi d. n. 3. Paus de pign. memb. 4. p. n. 125. Cov. multos referens, qui praed. n. 29. n. 4. Gut. 2. pract. q. 17. n. 6. ergo si non obstat hec extensio hypothecae factae ad bona presentia & futura, obligatio principalis arrharum sola presentia comprehendit: idem dicendum erit, si hypotheca illa que tacite inest, exprimitur.***

V. Concl. Quamvis promittens arras interdictis necessariis delictus sit, non potest ultra decimam bonorum partem promittere. Colligitur ex l. 1. *De las arras, l. 3. fori*, excessum applicare proximioribus consanguineis. Sic *Barza de non maior. gl. c. 9. n. 73. Azobedo lib. 5. recop. t. 2. l. 2. num. 29.*

VI. Concl. Cum de bonorum computatione facienda tractatur, ut liquet quantitas decimae arrharum nomine uxori promittit, deducendum est omne vis alienum. Quia quod superest eo deducto, dicitur esse in bonis. *l. Substitutum, §. Bona, ff. de verb. sign. l. Ea demum, C. de collect. l. Mulier bona, ff. de iur. dot. Sic Jo. Lup. rubr. de don. §. 25. n. 8. Montalvus l. 1. l. 2. *De las arras, vrb. de quando coire l. 3. fori*, & ibi *Suarez n. 5. vrb. Nota tamen, §. vrb. adductor Baldusius, C. 11. l. 50. Tauri, n. 6. ff. ut Ant. Gom. n. 13. Barza de non maiorum. ff. lib. c. 28. n. 2. Covallanus de usufructu. mulieri relictio, n. 107. Matuzo lib. 5. recop. t. 2. l. 2. gl. 2. n. 11. Azobedo eadem l. 2. n. 13. Gut. 3. pract. q. 42. n. 2. Ajora de part. l. 2. p. c. 2. n. 41. §. c. 7. n. 20. Mol. tom. 2. de iur. tr. 2. disp. 431. §. Illud est observandum, ubi bene addit, attendenda est omnia que viro debentur: quia haec fiat in bonis ejus, ut dicitur num. 13.**

Hinc inferunt ad comparandam hanc bonorum decimam, 12 deducenda esse onera, & tributata que eis solvuntur, *l. Non amplius ff. de legat. n. 1. Sic Jo. Lup. rubr. de don. §. 25. n. 6. Suarez l. 1. n. 5. vrb. De las arras, l. 3. fori*, & ibi *Baldusius eius adductor.*

VII. Concl. Ad computandam hanc bonorum decimam, estimandus est valor obsequiorum que vendibilia sunt, ut tabellionatus, rectoris urbis vulgoregiorum, vicenquatuor, &c. fucus eorum que vendibilia non sunt. Quia secundum communem opinionem illa officia conferuntur, tanquam bonorum pars, huc autem non: Sic *Azob. lib. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 3. §. 19. 14. Computanda sunt etiam illa, ad que vir habet actionem: illa enim dicuntur esse in bonis, *l. Bonorum, ff. de verb. sign. Qu* enim actionem habet ad rem recuperandam, ipsam habere videtur, *l. Qui actionem, 15. ff. de reg. iur. Sic Suarez lib. 6. fori, tit. 2. De las arras, l. 1. n. 5. §. vrb. ejus adductor Baldusius, Ant. Gom. l. 50. Tauri, n. 19.**

VIII. Concl. Si arras excedat decimam bonorum partem, 14 non omnino sunt invalidae, sed tantum quoad excessum. Probatur primo ex l. 1. *De las arras, l. 3. fori*, ubi tantum dicit actionem consanguineis ad excessum decimae: ergo supponit, validas esse arras in decima. Secundo, quia utile non debet per inutile vitari: *regul. Utile, 37. de regul. iur. in 6. ergo cum constitutio arrharum ultra decimam, utilis ea valida sit, per excessum illam inutilem additum, non debet vitari, 3. probatur ex l. Sancimus 24. in ius, C. de don. ibi, si quis autem supra legitimum deponitorem fuerit donatum, hoc quod superfluum est, tantummodo non valet. Cui consonat l. 9. t. 4. p. 5. ff. ibi, mas si quis esse facer major donationem, lo que fuele donado de mas non valdria: ergo idem in excessu arrharum dicendum est. Sic *Jo. Lup. l. 50. Tauri, n. 11. ubi C. 11. n. 8. Ant. Gom. n. 13. Suarez l. 1. n. 10. vrb. Nota ulterius, t. 2. l. 3. fori*, & ibi *Baldusius eius adductor. Padilla auct. Res que, n. 19. C. communia de legat. Matuzo lib. 5. recop. t. 2. l. 3. gl. 7. n. 3. Azobedo eo l. 5. t. 2. n. 29. Molina tom. 2. de iur. tr. 2. disp. 431. §. Illud est observandum.**

Hinc fit, idem dicendum esse de sponsalitia largitate, si 15 enim octavam dotis maritus partem excedat, contra d. l. 1. *ff. de i. 2. lib. 5. recop. Castellus*, solus excessus erit irritus. Probatur istdem rationibus.

Inqui.

16. Inquire autem, quid dicendum sit, si fundus excedens valorem decimae, nomine arrharum constituitur? Videtur enim in totum validas esse arras: per l. §. *Sponsus 5. paulo post princ. vrb. Generaliter tendendum est, ff. de don. int. vir. §. vrb. ubi habetur utri trahere ad se inutile, quando ab ipso separari nequit, & utramque valere. Sed dicendum est tantum valere quo ad decimam. Quamvis enim inutile non possit separari in corpore, potest separari in estimatione, & hoc latet est. Sic *Jo. Lup. l. 50. Tauri, n. 12. ubi Castillo n. 8. Azobedo lib. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 20. Idem dicendum est eadem ratione, si fundus tradatur per sponsam sponsae nomine sponsalitia largitatis, excedat octavam dotis partem, quae eo titulo assignari poterit, excessus enim irritus erit.**

17. Rursum inquire utrum quidam tenent possit ultra decimam bonorum viri partem, nomine arrharum uxori promittere? Quidam negant, quia qui per se aliquid facere nequit, nec per alium poterit, *l. Papillus, §. 5. Item ipse, vrb. Sed C. si interpositum, ff. de arb. tutor. nam qui facit per alium, perinde est ac si faceret per se ipsum: regul. Qui facit (alias, *Qui per alium*) 72. de reg. iur. n. 6. Sic *Jo. Lup. l. 50. Tauri, n. 5. §. ubi Castillo, n. 4. vrb. Sed ponit, Matuzo, lib. 5. recop. t. 2. l. 2. gl. 2. num. 8.**

18. Sed verumtamen, posse tertium quemdam, si ve extraneum, si ve viri consanguineum, excedere hanc decimam in arbis consanguineis, *Quia l. 1. l. 2. de las arras, l. 3. fori, approbata, l. 50. Tauri*, expresse dicit, *todo bono que cajae no puda dar mas arras a su mujer de dezimo.* Cum ergo sit correctoria, exorbitans, & penalis, upore annullationem alius alter facti inducens, ac consanguineis viri applicans excessum, non est extendenda ad aliam personam, quam prohibuit: & cum loquatur de viro ad alias personas trahenda non est, *l. Si vero, §. De viro, ff. solut. mar. Et sic in alio simili, nempe, quod possit socer, vel extraneus dare sponsae sponsalium largitatem ultra decimam presentiam, *l. 92. Tauri, bodie l. 1. ff. t. 2. lib. 5. recop. tenent Covallanus de exequand. mand. l. p. c. 15. n. 1. Gut. de iur. l. 1. c. 14. n. 12. Matuzo, lib. 5. recop. t. 2. l. 1. gl. 6. n. 2. qui hibeat sponsum donare ultra illam quantitatem. Quod tamen intelligendum est cum Matuzo ea l. 1. gl. 7. n. 1. nisi a consanguineis vel alii extraneis doneatur, non vere de propriis bonis, sed de sponsi bonis: & in hoc sensu procedit regula in oppositum, n. praecedenti adducta. Quia tunc vere maritus vel sponsa donaret, hinc venit intelligenda doctrina *Jo. Lup. rubr. de donat. §. 84. n. 1. quem sequitur Barza de meliorand. ff. lib. 11. n. 12. dicitur sponsae sponsi nequire promittere arras pro filio si filius habebatur parte eorum, quae de eorum bonis. Similiter dicendum est, non valere donationem arrharum ultra decimam, quando consanguineis mariti donans arras uxori, iuxta dicta hoc 6. l. disp. 26. n. 11. & per maritum donaretur uxori. Quia vero donatio illa facta esset a viro.***

18. Tandem inferunt, quam inesse possit, dum assignatur per Parentis dotis sponae, timentes non excedat metam signatam in Curia Matrui, *partione 101. bodie l. 1. t. 2. lib. 5. nove recop. Castellus*, petant tertium constitueri dotem sponsae: & similiter ipsae sponae timentes nearrhae promissae a viro excedant decimam bonorum, non tulerit tertium quemdam esse promittere: si enim tertius ille ex propriis bonis dotem, aut arras constitueret, licitum esset (ut dixi n. praeced.) Cum tamen ex propriis bonis nuncquam ad faciat, manifesta est fraus, & iniustitia. Quia perinde est, ac si pater dotem constitueret, aut maritus arras promitteret. Si vero se obliget tanquam fideiussor: cum principalis obligatio non tenet, corrumpit accessoria fideiussoris, *l. 1. de fideiuss. Potest autem peti, ut tertius se obliget non accessorius obligationi patrem, aut maritum fideiussor, sed tanquam principalis, ut maneat, scilicet, obligatus casu quo fratres non ratum habuerint, cum summam excessivam dotis, vel excessus arrharum petatur. Sicut in alio simili docet *Nava. c. Non dicitur, 12. q. 1. in antiqua edit. n. 74. vrb. §. in nota, n. 44. vrb. §. 6. dicens fideiussorem accedentem obligationi religiosi minime teneri, eo quod religiosus nec civiliter, nec naturaliter obligatus possit tamen obligari non accessorie tanquam fideiussorem, sed tanquam principalem, casu quo superior religiosi obligationem ratam minime habeat.**

DISPUTATIO XXX.

An decima pro arbis promissa computanda sit iuxta bona, quae vi tempore promissionis bona fide possidet tanquam esse, arras minuentur non sint?

SUMMARIUM.

Referunt opinio affirmans, n. 1. Et contraria auctoris, 2. Idem dicendum est de sponsalitia largitate, si dos uxoris postea evincatur, vel minor appareat, 3. Solvuntur, argum. §. explicatur l. Bonorum appellatio ff. de vrb. sign. num. 4.

1. Affirmant aliqui, decimam hanc computandam esse iuxta bona, quae maritus promissionis tempore bona fide possidet, illique postea evictis, vel si aliter confect non fuisse propria, impeniam non esse. Dicunturque, quia bona, non ista appellantur, quae bona fide possidentur, quamvis aliena sint, *l. Bonorum appellatio, §. ff. de vrb. sign. ibi, in vrb. autem nostris computari solummodo est, non solum quae domini nostri sunt, sed si vna sint a ceteris possidentur.* Sic docent *Suarez lib. 3. fori, t. 2. De las arras, l. 1. n. 5. vrb. Tenent etiam ment. Ant. Gom. l. 50. Tauri, n. 13. Barza de non maior. ff. lib. c. 28. n. 4. §. c. 1. n. 12. Matuzo lib. 5. recop. t. 2. gl. 2. n. 4. Azobedo eadem l. 2. n. 23. P. Molina tom. 2. de iur. tr. 2. disp. 431. §. Illud est observandum.*

Ceterum levi fundamento ducitur viri doctissimi: & idem multo verius est oppositum, nimirum computandam esse decimam eorum bonorum tantum, quae revera erant promittentis. Prob. ex l. 1. *De las arras, l. 3. fori approbata l. 50. Tauri, ibi, non puda dar mas de la decima parte de sus bienes: que verba denotant proprietatem, & veram dominium. Quia verba in priori significato accipienda sunt, t. 1. ff. si ager vestitus, vrb. Qui in perpetuum: nec bona vere aliena, licet bona fide possideantur, dicuntur proprie sua: verba autem proprie accipienda sunt, *l. 3. §. hec verba, ff. de negat. §. 2. quia bona aliquis dicitur deducere alieno (ut probat hoc l. 6. disp. 20. n. 11.) sed ea bona vere debita, quantumvis bona fide possideantur, sunt vere alienum: ergo vis deducis computanda sunt bona ad eorum decimam assignandam, 3. quia militat eadem prohibitoris ratio in his bonis, non scilicet sit mutuo sponset amore: nam si promittat vir decimam etiam respectu horum bonorum, cum postea evicta fuerint, ipsiatur veris bonis, & pauper manebit, cum decimam respectu omnium bonis, exhaurierit, evidis bona fide possidet, ea que vere erant mariti. Sic tenet latus probans, *Gut. 3. pract. q. 42. n. 12. §. seq. Ajora de part. l. 2. p. c. 7. num. 22. 23. §. 24.***

Hinc inferunt, sponsalium largitatem, quae excedat nequit octavam dotis sponae partem lib. 5. recop. t. 2. l. 1. minuentem esse iuxta dotis postea evictae quantitatem. Ad si integra dos evincatur, tunc lib. judice manebit, an omnino sponsalitia largitas evanescat? quia dubium est an nulla assignata dotis, valeat sponsalitia largitas (ut dixi hoc l. 6. disp. 24. n. 6.) Ad retenta opinione quam ibi amplexus sum, dicens valere & bonique viri arbitrio taxandam esse: idem dicemus in hoc casu. Ad l. *Bonorum appellatio, ff. de vrb. sign. cui oppositi innuntantur, respondetur cum Rebussio ibi, vrb. In bonis autem, Ant. Gom. 3. pract. q. 42. n. 35. dicit bona nostra, quae bona fide possidemus, quoad aliquos effectus civiles, ut ad habendam actionem, & exceptionem pro eis, & ad praescribendam. Unde non inferunt proprie dici bona nostra ad computandam decimam bonorum quae nostra vere sunt.*

DISPUTATIO XXXI.

SUMMARIUM.

Non estimandus esse valor bonorum majoratus, sed reddituum, quos possessor toto vite curriculo percipiet, num. 1. Proponuntur varia opiniones, num. 2. Et sententia auctoris, 4. Idem in sponsalitia largitate, quando uxoris dos est majoratus, 5.

Convenient omnes, habendum non esse respectum ad valorem majoratus, sed ad valorem usufructus, quod reddituum quos promittens arrhas percipietur esse toto vite suo curriculo. Verbi gratia, si vir ex bonis majoratus deductis expensis percipiat quatuordecim mille aureos, estimandum est, quantum valeant duo mille aurei singulis annis percepti pro vita possessoris majoratus tempore, & decimam hujus valoris potest pro arbis constitui. Probatur, non estimandum esse valorem bonorum majoratus, quia licet verus sententia habeat, possessorem habere verum illorum dominium, ut potest videri in *Molina lib. 1. de primog. c. 19. a. n. 4.* at cum ea bona alienare nequeat, potius usufructuaria, quam vero domino comparatur: ac proinde non valor bonorum attendendus est. Probatur autem valorem fructuum esse computandum, quia jus eos fructus percipiendi, appellatio bonorum comprehenditur, *l. Bonorum appellatio, 49. ff. de vrb. sign. Sic docent Jo. Lup. rubr. de donat. §. 25. n. 1. §. c. 6. Greg. Lop. l. 4. vrb. Sus deudas, ad fi. t. 15. p. 9. Padilla auct. Res que, n. 30. C. de commun. de legat. Molina lib. 1. primog. c. 16. n. 41. Mores de majorat. 3. p. 9. n. 13. Ajora de part. l. 1. p. c. 7. n. 26. Azob. lib. 5. recop. tit. 2. l. 2. n. 13. Valdeus n. 1. conf. l. 6. n. 11. §. 12. Gut. 2. pract. q. 17. n. 2. §. leg. P. Molina tom. 2. de iur. tr. 2. disp. 431. §. Circa hoc queritur.*

Controversia autem est circa modum computandi valorem horum reddituum. Quidam enim dicunt, computationem faciendam esse attenta etate, ac valerendum ipsius majoratus possessoris: nam quo robustior fuerit, juniorque, cum ejus vitam amplius duraturam praesumat, eo majoris estimacionis illi redditus erunt. Quam computationem secutus est *Jurisconsultus l. Hereditatum, 68. ff. ad leg. falc. in legis falcidiae ratione habent.*

benda, ut detrahatur ex usufructu legato, quam non tantum in eo casu obtinere, sed in quibuscumque etiam aliis casibus, in quibus de estimatione reddituum ad vitam tractatur, docent multi, quos refert Cov. 3. var. c. 9. n. 8. & late probat Suarez 1. Quoniam in prioribus, ampl. 3. nu. 9. Et seqq. C. de inoff. test. Et ita in nostro casu docent Jo. Lup. nu. 1. Greg. Lop. Padilla, Meris, Valasco. quos n. preced. retuli: Hanc autem computationem legis hereditariam dicitur glos. ibi, verb. Tringita, Et ibi Bar. nu. 2. vers. Quero quid, Et ibi Alber. Et alii quos refert Cov. var. c. 9. nu. 8. vers. Hinc deducitur: ipsolque sequitur Gut. 2. pract. q. 17. nu. 8. ita esse intelligendam, ut pendatur a futuro eventu vite illius redditus perciperent, quare si semel facta computatione, pauciores annos potest vixisse computari, quam computati sunt, reddendum fit plus illud quo redditus estimati sunt: si vero computari plus vixisse, addatur incrementum hoc computationi illi prius facta. Aequè ita in nostro casu vale. Gur. si in hoc regio Castellæ uxor ante vitam moriatur, seu vir ipse ante uxorem, computandum esse valorem reddituum illorum annorum ab initio mar. perceptorum, usque ad illius dissolutionem, quo tempore arrie solvenda sunt, non obstante quacumque computatione prius facta. Merito tamen Anym. & Cepha, quos refert, & sequitur Covar. eo. n. 8. vers. Hinc deducitur. Et P. Molina tom. 2. de just. tr. 2. disp. 431. Circa hæc queritur, recedant ab hac sententia, cententque estimationem d. l. hereditaria, minime pendere a futuro evento, sed femel legitime estimatam, servandam esse, quicquid rei probati eventus. Quia quod semel legitime factum est, retractari non debet ex iis, quæ postmodum acciderint, l. Sancimus, C. de admin. tut. Et l. Nec opinio, ff. de inoff. test. pro. 3.

Alii vero docent, estimandos esse hos redditus ad rationem unius pro octo: sicut frequentissime annui redditus ad vitam constituntur ad rationem unius pro octo: teste Cov. d. 6. 9. n. 7. unde si redditus majoratus sint duo mille aurei quotannis, dedatis expensis, potest majoratus possidere 1700. aureos pro arhis promittere uxori. Nam ad rationem unius pro octo, valent illi duo mille aurei, decem & sex mille, quorum decima pars sunt 1600. Sic Molina lib. 1. de primog. c. 19. nu. 41. aliterius ita quotidie practica: Azebedo lib. 3. reccp. t. 2. l. 2. n. 18. Gut. 2. pract. q. 17. ad fin. ubi subdit hodie per annum pragmaticam Philippo II. Regis, promulgatam 3. die Julii, novam 1583. (habetur hæc pragmatica in quatuordecim articulis nove reccp. l. 5. n. 15, l. 6.) decretum esse præteritum census vitalitatis, esse ad rationem unius pro 7. & ita redditus majoratus, qui dedatis expensis superiunt, estimandos esse ad rationem unius pro 7. Unde propositio exempli valor reddituum duorum mille aurorem, erunt quatuordecim mille aurei, & decima quæ potest a tali majoratus possidere pro arhis assignari, erit 1400. aurei. Ratio est, nam estimatio reddituum illorum pro vita possessoris majoratus tempore, est quasi emptio census vitalitatis eorum duorum mille aurorem. Census autem vitalitatis æstimatur regia pragmatica ad rationem unius pro septem.

Alter vero P. Molina tom. 2. de just. tr. 2. disp. 431. Circa hæc queritur, dicit in iustum, & irrationabile, æquale premium fateri vitalitatis omnibus censibus æqualium reddituum, sed pro estate & valetudine eius, in cujus vitam conceditur census, & pro aliis circumstantiis concurrentibus taxandum esse: idemque censet in taxando valore reddituum majoratus ad vitam possidentis, ut intelligatur quanta sit decima pro arhis promissa. Quia nemo prudens æquo pretio taxatæ centum ad vitam juvenis robusti empuum, ac vitam senis debilis nonagenarii. Sed remittenda est computatio ad rationem unius pro septem, sicut regia pragmatica taxat census vitalitatis: ut diximus n. præc. Nec obstat obiectio Molinae contra illam, has enim habuit Principes constituendi certum premium omnibus censibus vitalitatis, non enim certum, & determinatum cuilibet sigillatim destinari poterat, idque religiosum prudentis arbitrio prostrate, & valetudine ut innumeris libris, & in iustis aditus recluderet: & qui emicentium ad vitam nonagenarii tibi imparet, Principes enim minime cogit ad sic emendum, sed emam nonagenario ad vitam juvenis alicujus robusti. Nec in arhis computandis injuriam Principes inferre, si eodem pretio computentur annui redditus, five vir senex debilliss, five juvenis, & fortis fit, (non enim in hoc casu possunt comparari ad vitam alterius) Quoniam Principes, qui artharum quantitatem (quam vitam donatio voluntaria est) taxare poterat, simili modo valori reddituum majoratus ad vitam mariti potuit premium statueret: quod licet specificè non fecerit, ac consequenter facit, dum censum vitalitatum premium taxavit. Quia (ut probavi num. præcedenti) taxa hæc reddituum majoratus, non census vitalitatis accipienda est.

Ex his fit, si femina viri nubat, bonaque majoratus tradat illi in dorem, proat potest facere, ut probat Meris de major. 3. p. q. 9. n. 15. tunc non ipsa bona majoratus, sed ipsorum redditus estimandos esse ad vitam uxoris possidentis, in modo declarato, ut in octava pars valoris ipsorum possit dari per sponsum, sive potest nuptiarum largitas sponalitate; juxta l. 1. p. tr. 2. lib. 5. reccp. Castell. Sic Gutier. 2. pract. q. 17. nu. 7. Valasco ref. 16. num. 10. tom. 1.

DISPUTATIO XXXII.

An antapochæ (vulgo contrafratras) quos aliquid faciunt de non pendente aliqua quantitate sibi promissa causa matrimonii, contrahendi, necant uxori quoad arhas ita ut ea quantitas sibi promissa computanda non sit inter bona sponi, ad æstimandum decimam bonorum, artharum nomine promissam?

SUMMARIUM.

Melioratio facta filio absque aliqua causa, vel causa matrimonii incerti potest revocari, secus si facta sit cum tertio ex ea commodum reportante, num. 1.
Si filius melioratus causa matrimonii incerti ineam pactum de matrimonii celebrando, & pater afferat filium esse melioratum ab eo, ut femina ei nubat, vel ampliorum dorem constituat, sit irrevocabilis, licet filius veniat, 2.
Nec potest filius consentire in nova conditio sponator, 3.
Nec potest remittere promissionem de non meliorando factam ut certum matrimonium ineam, 4.
Non profunt antapochæ (vulgo contrafratras) quibus filii possidentur se melioratione non juror, nu. 5. Et ibi, idem si promissio alicujus quantitatis pando racione hujus matrimonii, fiat ab alio conjugum, non exarano.
An valeat in istis remissionis præjudicium, remanere eam quantitatem restituere, si solum exeat, n. 5. Et ibi, an necet uxori quoad arhas, vel quoad alia.
An recipientes sibi patrimonium ad ordines, antapochæ facta illud reddendi suscipiunt ordinibus, tenentur, vel possit reddere: Referunt quædam opinio, nu. 7. Et ibi, de significatione ditionis, Nullatenus.
Contraria audiri, nu. 8. Et endatur Trid. sess. 21. c. 2. de reformis. renunciatio patrimonii ad quos titulum aliquis ad ordines promovitur, an valeat, 7.
An Episcopi tenentur alere clericum, cum bona fide absque vero patrimonio ad ordines promovitur, n. 7. juncto n. 8. Et quid si patrimonium casu perdat, 8.

Supponendum est, meliorationem facta filio absque aliqua causa, vel causa mar. incerti, & in genere contrahendi, esse snape naturam revocabilem in Regno Castellæ, nisi alia concurrant que irrevocabilem efficiunt: de quibus agunt scribentes, l. 17. Tauri. Unde non satis est majoratum vel meliorationem esse causa onerosa dotis, vel marit. fieri, ut irrevocabilis sit, sed oportet ut facta sit cum tertio ex ea commodum reportante. Constat ex l. 17. Tauri, bodie l. 1. c. 6. l. 5. nove reccp. Castellæ, ibi, pro causa onerosa con vero torreo. Sic Ant. Gon. 22. Tauri, num. 17. ubi Tello, num. 17. idem Tello d. h. 17. num. 69. Barza. de non meliorand. filia, cap. 21. n. 36. Et 37. Molin. l. 4. de primog. c. 2. nu. 16. Et 17. Azebedo l. 5. reccp. l. 6. l. 1. nu. 40. Et ibi Matienzo gloss. 7. num. 1. Gutierrez 2. pract. quest. 50. num. 3. Azend. l. 44. Tauri, gloss. 15. num. 1. & melius gloss. 16. num. 7. Et 8. Et ratio est, quia quando non intur pactum cum tertio cuius interest, pactum illud non est pars contractus dotalis, nec illa ratione, & causa matr. fuit celebratum. At quando fit cum tertio, est pars contractus dotis, cum ipsoque confunditur, & est quasi unus contractus, l. Petrus, C. de pact. & ita dicit Tello ex l. 17. nu. 71. tunc donationem causa matr. esse partem contractus dotis, quando ad dorem contentendam, vel marit. incendum, ducti fuerint patentes spona, vel ipsa spona ob donationem illam sponi factam & hoc casu dicit irrevocabilem fieri, licet absenti filio facta sit.

Hinc inferitur t. quoniam datus filio melioratio facta filio ob causam matr. incerti fit revocabilis, et si ea facta, filioque matr. ineam afferat pater eum esse melioratum, ut vel sit femina ei nubat vel ampliorum dorem constituit: & hæc de causa matr. celebratur, reddi irrevocabilem, licet filius remittat, vel parentem liberum ab obligatione reddat. Quia illa patris assertio vni promissionis habuit, & viget eadem causa, ne nurus decepta maneat. Probat ex doctrina Baldi l. 5. quæst. 8. C. de donat. vers. Tamen bene dico, ubi hæc ait: Si mater aliteri bona faciat, ut insipientes credant filios ditiores, & sic honorabiliter dantur uxores, quantum ea bona non intelligatur donata filijs, sed pro datus restitutione obligata materent. Quia datus matr. consensu equiparatur. Quem sequitur Alex. conf. 10. n. 4. Et colligitur ex l. In bona fidei 37. ff. de peculio, ibi: Ego autem arbitror non solum de peculio conveniri, sed & si quid præterea dolo malo patris capta, fraudulataque est mulier. Sic Tello l. 17. Tauri, nu. 72. Et 73. Mol. l. 4. de primog. c. 2. n. 17. fin. Et 18. Meris de major. l. 1. p. q. 22. n. 31. Matienzo lib. 5. reccp. tit. 6. l. 1. gloss. 8. nu. 4. Angulo de melior. l. 6. gloss. 4. n. 9.

Imo nec licet filio consentire, ut aliqua nova conditio adjectetur illi meliorationi, aut donationi. Sicut enim revocatio est prohibita, ita conditio nova minime permittitur l. Perfacta, C. de don. que sua modo, l. Filius, C. de pact. Sic Meris de major. l. 1. p. q. 22. n. 32. & refert Paulum huic parti faventem.

Interur 2. non posse filium, in cuius gratiam facta est promissio de non meliorando, ut aliquam determinatam daret in uxorem, quæ eo pacto inito ipsi nuptiæ, remittere id pactum in uxoris

Disputatio XXXIII.

uxoris præjudicium cui jus erat acquisitum. Quia jus alteri acquisitum nequit eo invito auferri: reg. Id. quod nostrum, l. ff. de reg. jur. Sic Matienzo lib. 5. reccp. t. 6. l. 6. gl. 1. n. 5.

3. Interur, esse invidiam capeream quæ parentes meliorantes filio ex causa onerosa, accipiunt antapochas ab illis, (vulgo contrafratras) hoc enim nomine ipsas appellat tex. l. Plures 18. Cod. de hæc infirm. quibus pollicentur filio se melioratione minime uturos. Quia quantumcumque donatarius id pollicetur, infringi non poterit melioratio in uxoris, & filiorum præjudicium: uxori enim jus quæsitum est, quia contemplatione illius donationis nupti, vel ampliorum dorem promittit. Faver quod hoc l. 6. disp. 13. n. 7. cum multis DD. asserimus, nempe, junctumque de dote non alienanda, minime nocere emptori illas juramenti ignato, quando vendens dolere juramentum tacuit. Item, quia cum causa ob quam aliquid statuitur, est ad aliquid terri commodum, præsumitur finalis: ut bene docet Terri, multos referens, in Cassante causa, limit. 3. n. 52. unde cum illa donatio seu melioratio fit in favorem mulieris nubentis, præsumitur ipsa mulier causa finalis: ergo illa non consentiente non potest annullari. Constat etiam ad hoc quod docet Alvaradus de consens. de junct. l. 2. c. 3. n. 48. Et ad illa, licet non ita definit, sed dicens esse tutum, l. Post mortem, n. 22. C. de fideicom. nempe minime potest vtrum renunciare majoratum in successoris favore, vel præjudicium quod in dimidia lucrorum parte sequitur uxori. Sic docent Trid. l. 17. Tauri, n. 73. Meris de maj. l. 1. p. q. 21. n. 23. Angulo de melior. l. 6. gl. 4. n. 9. Adde Tello eo n. 73. etiam si quis ante matr. contractum, liberum reddidisset pactum ab ea obligatione, vel postea renuntiasset, esse invidiam remissionem, aut liberationem, quatenus mulieris interest. Constat etiam ex dictis tribus n. præc. Idem dicendum est si ea promissio fiat ab alio conjugum, vel extraneo. Quia eadem est ratio.

6. Valeret autem prædicta remissio filio liberario in remittentis præjudicium: cum in re sua quilibet sit moderatur, & arbitri, l. In re mandatas, C. mandatis: nec uxor aut filii poterunt conque, quando non lædantur, sed jus suum illatum manet. Hinc fit uxorem non pot. posse diminutionem in arhis ubi addit, si hæc diminutionem in arhis minime patitur propter remissionem, non posse illi contradicere: nec etiam filios, si remissio donatio claudatur in quita bonorum parte, de qua potest pater in hoc regio Castellæ in ipsorum præjudicium disponere, non approbo tamen, quatenus dicit non posse uxorem contradicere, quando remissio non lædit ipsam in artharum quantitate promissa. Quia ultra hoc, alia damnata incurrit uxor, scilicet, in medietate lucrorum que acquiruntur erat: patur etiam damnata, quia diminutus facultatis non ita opulentam, & traquilam vitam matrimoniale ducet. Soluta autem matr. absque sobole, cum jam cesset uxoris & filiorum præjudicium, tenebitur qui antapocham remissionis fecit, illi stare.

7. Ex his inferit Angulo de melior. l. 6. gl. 4. n. 9. idem dicendum esse de donatione facta causa patrimonii ad ordines suscipiendos, quantumcumque enim donatarius promittit non se usufrum ea donatione, & quantum ab extraneo fiat, dicit infringi eum quem sine legitimo patrimonio ad ordines promovit, c. 2. c. Episcopus, & c. Non secundum Apostolum, & c. Tutis, & de prebend. Idem docent alii quoad hoc, ut recipientes patrimonium a quocumque cum secreta conditione, & antapochæ restituendi itatim omnibus susceptis, nec teneatur, nec possit necessaria alimenta habeat. Ducuntur per decretum, Trid. sess. 21. c. 2. de reform. ibi, patrimonium, vel pensionem obtinentes, & c. illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possunt, donec beneficium Ecclesiasticum sufficienter sit adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint. Ubi ponderanda est dictio, Nullatenus, que nullitatem actus ipso jure inducit. Ut docent gl. aut. Si qua mulier, ver. Nullatenus, C. ad s. C. Velleja, & Clem. unic. verb. Nullatenus, de sepel. ubi Zencolms, & Imola, nu. 20. Bart. in mitoratione, l. 1. de heredi. est test. c. 2. Abbie in dictionario, verb. Nullatenus, Coris, in singulari, verb. Nullatenus Card. c. Super litteris, n. 6. de re script. Alex. de Novo c. Qua fronte, n. 32. de appellat. Denis conf. 302. nu. 2. Felin. c. Rodalpinus de re script. ante n. 7. ver. Nullatenus, & c. pen. n. 7. de cons. Trag. alios referens, l. Si unquam, verb. Revertatur, n. 95. Cide reo. don. Rolan. conf. 75. n. 51. Idem conf. 383. n. 14. vol. 4. Mandosus regul. 15. Camellaria, q. 5. n. 8. Brunorus in suo comp. l. lit. D. verb. Dico Nullatenus. Quamvis Angel. Excom. 7. si. Excom. ultimo sine. Armilla verb. Excom. casu 35. & alii quos refert Trag. de verb. Revertatur, n. 96. negant inducere nullitatem, quando actus alias possit fieri ab illo, cui facere interdicitur. Deinde pondero verbum, Non possit, quod reddidit omnino actum nullum. Ob quas rationes bene docent renunciationem patrimonii ad cuius titulum aliquis initiatus est, esse nullam, donec renunciatus adeptus sit beneficium, vel patrimonium aliud sufficientes. Nav. l. 1. conf. 11. de tempor. ordin. in 1. edit. conf. 14. 16. & 41. in 2. autem, conf. 21. Flamin. de rege. benef. l. 2. q. 6. n. 17. P. Mol. n. 1. de just. vob. 2. disp. 238. ad f. Manuel 2. t. sum. c. 15. n. 2. & 5. ergo remissio illa & aut.

pocha promoti ad ordines, nullius est momenti, donec beneficium aut patrimonium sufficientes habeat. Sic tenent Enriq. l. 23. de excom. c. 37. n. 2. Manuel 2. t. sum. c. 15. n. 5.

Ceterum verus credo, recipientem sibi patrimonium ut ad ordines promovetur, data antapochæ aut sibi id reddendi, cum promotus fuerit, teneri id patrimonium restituere: quia talio dixit Angulo cedere in Episcopi præjudicium. Quoniam cum bona hie illam ad ordines promovetur, & ita culpæ expers sit, non tenetur quæmere: ut bene docet Rodicus c. Episcopus, n. 13. de prebend. Nav. l. 1. conf. 11. de tempor. ordin. in 1. edit. conf. 14. & 46. in 2. conf. ult. per totum: obligatio enim illa alendi, est punio delicti Episcopi promoti ad ordines carentem patrimonio: ut bene docet gl. c. Cum secundum Apostolum, verb. Successores, & de prebend. Quare si Episcopus promovetur habitum patrimonium, illaque postea casu pereat, non tenetur illum alere, quia promovens nullam culpam contraxit, ut docent Jo. And. s. Tuis, n. 5. de prebend. ubi Ant. n. 7. Card. n. 1. q. 4. Ab. n. 5. Innot. n. 6. Unde gl. ibi verb. Patrimonialibus, & Henricus n. 1. Ancho. n. 4. Hollin. ibi, dicentes quando patrimonium casu perit, teneri Episcopum, illum alere: intelligitur sunt de generali obligatione quia Episcopus tenetur pauperibus subsistere, & non de speciali contingente ex virtute promotionis ad ordines: & ita fide explicat gl. c. Cum secundum, verb. donec, & de preb. Nec obstat decretum Trid. sess. 21. c. 2. de reform. quia loquitur de obtinentibus patrimonium, vel pensionem, ut possint ad ordines promovetur: ibi, patrimonium vero, vel pensionem obtinentes: at in nostro casu hic nunquam obtinere patrimonium cum ea non fuerit vera donatio, sed donatum fictio, nec acquiritur alter dominium rei fidonate, & licet inique egerit donans hie, mereaturque re donata privari: cum tamen hæc sit posna, judicis sententiam desiderat. Sic docent Corduba sum. q. 32. 6. Respondeo que no es la misma razon. Lud. Lop. l. p. infrascriptis, in 2. edit. 240. ff. l. 2. de contrah. lib. 6. 45. 51. Et pro eadem sent. sunt alii DD. dicentes ordinatum hoc patrimonium hie donato, esse suspensum, quia sine patrimonio ordinatur (si enim donatio illa valeret, nec facit restituenda esset, vero patrimonio ordinaretur, nec esset suspensus: ut docet Nav. l. 1. conf. 11. de tempor. ordin. in 1. edit. conf. 16. & 41. in 2. conf. 21. Manuel 2. t. sum. c. 15. n. 2. & 5.) Hi sunt Nav. sum. c. 27. n. 158. & lib. 1. conf. 11. de tempor. ordin. in 1. edit. conf. 14. & 17. in 2. conf. ult. Et de m. 2. p. 4. gl. 16. a. 2. fol. 361. Moh. lib. 4. de iur. c. 15. in 1. Redona 2. p. sum. c. 2. Matin. l. 1. sum. c. 11. s. 8. Borgalsus de iur. c. p. q. 5. nu. 24. Spino spec. testam. gl. 18. nu. 75. Valasco pract. cap. 18. num. 1. & 12. Manuel 2. tom. sum. c. 15. num. 1.

DISPUTATIO XXXIII.

An in foro conscientie valida sit promissio artharum ultra decimam bonorum partem, ita ut uxor minime teneatur excessum illum restituere?

SUMMARIUM.

Proponentur rationes pro utraque parte, num. 1.
Artha ultra decimam bonorum, vel sponalitate legitima ultra decimam dotis sponæ partem, non sunt valida in foro conscientie, sed restituenda sunt, 2.
Solvitur arg. & melioratio causa dotis est valida in foro conscientie, nec restituenda, 3.

Videtur non valere quia melioratio causa dotis facta per parentes erga filiam, contra l. 1. r. 2. l. 5. nove recc. Castell. est irrita in foro conscientie, peccatque lethaliter pater, & filia meliorata tenetur restituere: ut docet Barza de non melior. 29. n. 1. & 2. & ultra illum sentiunt peccare lethaliter patrem sic meliorantem, Tello l. 26. Tauri sine, Rojas epis. success. 3. n. 41. Angulo de melior. l. 10. gl. 9. n. 3. Ducuntque, quia hoc iustissime illa lege prohibetur, annullaturque quicquid contra gestum fuerit, Sed eadem l. 1. in fine, prohibetur ne sponalitate largitas uxorem dotis sponæ partem excedat, & l. sequenti, ne artha ultra decimam bonorum partem sponi donetur, annullanturque contra gesta: ergo excessus ille non est validus in foro conscientie. Ex altera parte videtur esse validum, quia verus videtur meliorationem causa dotis factam non esse irritam in foro conscientie, nec restituendam, donec judicis licentia accedat, nec patrem meliorantem peccare. Quia ex lex id prohibens non est irrita recepta, ut obliget in conscientia, sed tantum ut detur actio in foro externo ad repetendum. Quod iure probatur, quia passim fide videmus fieri ditas meliorationes, nec confessoris injicere scrupulum, quare ita videtur lex hæc uti interpretata. Et ita tenent Corduba sum. q. 124. sine, licet postea aliquantulum trepidet: Mexia taxa panis, conc. 6. n. 42. Enriq. l. 11. de mar. c. 20. nu. 4. Lud. Lop. l. 1. infruct. c. 175. in 2. edit. & firmus id tenet l. 2. de contrah. c. 42. in 1. Manuel 1. t. sum. c. 97. nu. 3. Ad idem est Padilla auct. Ret que, n. 23. C. commun. de legat. ubi dicit illi renunciatum esse apud utriusque prætoris æquissimos iudices, hanc legem dissimulatione quadam exolevisse.

Breviter dicendum est, excessum artharum ultra decimam, & sponalitate largitatis ultra octavam partem dotis non esse valida in foro conscientie: quoad excessum, sed illud restituendum esse nulla judicis sententia expectata. Quia leges hæc prohibentes, & que.

